





DIRECTORIUM
HORARUM CANONICARUM

ET

SACRARUM MISSARUM

AD USUM

DIOECESIS TIRASPOLENSIS

PRO ANNO DOMINI

MCMXIV


AUCTORITATE ET MANDATO

Excellentissimi, Illustrissimi ac Reverendissimi Domini

JOSEPHI KESSLER,


Magistri S. Theologiae,

Dei miseratione et S. Apostolicae Sedis gratia Episcopi Tiraspolensis editum.



Saratoviae.
Typis H. Schellhorn et Soc.
1913.

Imprimatur.



† Josephus Al. Kessler
Episcopus.

Saratoviae,
5. Augusti 1913.

PARS 1-ma.

Benedicamus Domino!

Annus D. N. Jesu Christi	1914
Pontificatus Suae Sanctitatis Pii X.	11
A martyrio S. Clementis I. Papae † 101 . . .	1813
A martyrio S. Martini I. Papae † 655	1259
Ab adventu Germanorum in Districtum ad Wolgam 1765	149
Ab adventu Germanorum in partem Neo-Rossiae 1804	110
A fundatione Dioecesis Chersonensis (Tiraspolensis) 21. Junii (3 Julii) 1848	66
Ab aperitione Dioecesis Chersonensis 29. Octobris 1850	64
A translatione Sedis Episcopalis Chersone Tiraspolim 6. (18.) Sept. 1852	61
A fundatione seminarii Tiraspolensis Saratoviae 11. Febr. 1856—3o. Aug. 1857	57

Pertinentia ad annum 1914.

Aureus Numerus	V.	S.	15.	N.	S.	15
Ciclus Solaris	„	„	19.	„	„	19
Indictio Romana	„	„	12.	„	„	12
Epacta	„	„	XV.	„	„	III.
Littera dominicalis	„	„	E.	„	„	D.
Littera Martyrologii	„	„	q.	„	„	c.

Festa mobilia.

Septuagesima . .	V.	S.	2. Febr.	N.	S.	8. Febr.
Dies Cinerum . .	„	„	19. Febr.	„	„	25. Febr.
Pascha	„	„	6. April.	„	„	12. April.
Ascensio Domini .	„	„	15. Maii.	„	„	21. Maii.
Pentecostes	„	„	25. Maii.	„	„	31. Maii.
Corpus Christi . .	„	„	5. Junii.	„	„	11. Junii.
Dom I. Adventus .	„	„	30. Nov.	„	„	29. Nov.

ADNOTANDA.

1. De festis et de missae applicatione pro populo.

Festa dividuntur in 4 ordines.

Primi ordinis sunt sequentia: 1. Omnes et singuli dies dominici. 2. Nativitas Domini Nostri Jesu Christi. 3. Circumcisio Domini. 4. Epiphania Domini. 5. Ascensio Domini. 6. Immaculata Conceptio BMV. 7. Assumptio BMV. 8. Ss. Petri et Pauli Apostolorum. 9. Omnium Sanctorum. Hisce diebus festivis adest obligatio: a) ab operibus servilibus abstinendi, b) missam audiendi, c) missam a Parochis, Curatis, Administratoribus et Vicariis expositis pro populo applicandi, sed d) in Dominicis Quadragesimae obligat praeceptum abstinendi a carnibus, ubi non est dispensatum, e) octo diebus festivis enumeratis nunquam ullibi obligat praeceptum abstinendi a carnibus et jejunandi.

Secundi ordinis sunt: 1. Feria secunda post Pascha. 2. Feria secunda post Pentecostes. 3. Commemoratio Solemnis DNJ Christi feria V. post Dominicam Trinitatis. 4. Purificatio BMV. 5. Annuntiatio BMV. 6. Nativitas BMV. 7. Patronus loci. 8. S. Stephani Protomartyris. Hisce diebus a) missa solemnis celebratur et vesperae cantantur ut hucusqne, b) missa a Parochis, Curatis. Administratoribus et Vicariis expositis pro populo applicanda est, c) si dies incidat abstinentiae vel jejunii, super eo ubique (tam in civitatibus, quam in vicis) dispensatum est, si haec festa cum debita populi frequentia devote celebrantur, d) sed non adest obligatio ab operibus servilibus abstinendi nec missam audiendi.

Tertii ordinis sunt: 1. Feria tertia post Pascha. 2. Feria tertia post Pentecostes. 3. Inventio S. Crucis. 4. Dedicatio S. Michaelis Archangeli. 5. S. Joseph, Sponsi BMV. Ss. Apostolorum. 7. Andreae. 8. Jacobi.

9. Joannis. 10. Thomae. 11. Philippi et Jacobi. 12. Bartholomei. 13. Mathaei. 14. Simonis et Judae. 15. Mathiae. 16. Ss. Innocentium. 17. S. Laurentii. 18. S. Silvestri. 19. S. Annae. 20. Dedicatio et Patrocinium cujusvis ecclesiae. Hisce diebus adest obligatio a) missam a Parochis, Curatis, Administratoribns et Vicariis expositis pro populo applicandi et b) **si** dies aliunde fert, abstinendi a carnibus vel jejunandi.

Quarti ordinis sunt cetera omnia cujuscunque ritus et dignitatis sint. Hisce diebus applicatio missae libera est et praeceptum abstinendi a carnibus vel jejunandi, si incidat, observandum est, nisi dispensatum, ut in Directorio indicatur.

2. Epistolae circulares.

S. Cong. de Propaganda Fide ad locorum Ordinarios latini ritus de non permittendis Orientalibus eleemosynarum emendicationibus absque venia ejusdem S. Cong. 1. Jan. 1912.

...Visum est non solum praeteritas de hac re dispositiones confirmare, sed etiam haec quae sequuntur statuere:

1. **Ordinarii in sua dioecesi nullum Orientalem admittant pecuniae collectorem** cujusvis Ordinis vel dignitatis ecclesiasticae, etiamsi exhibeat authentica documenta quolibet idiomate exarata et sigillis munita, nisi authenticum ac recens praebeat Rescriptum sacrae hujus Congregationis, quo facultas eidem fit, tum a propria dioecesi discedendi, tum eleemosynas colligendi.

2. Quod si, neglectis hisce Apostolicae Sedis mandatis, aliquis Orientalis ecclesiasticus vir, etiamsi commendatitiis Praelati sui litteris munitus, Europam, Americam vel alias peragret regiones ad eleemosynas colligendas, Ordinarius loci in quo versatur, eumdem moneat de vetita emendicatione, eumque non admittat ad Missae celebrationem nec ad aliorum ecclesiasticorum munerum exercitium.

3. Si autem pervicacem se prodat, Ordinarius, etiam per publicas ephemerides, clerum et fideles moneat hujusmodi pecuniae quaestus ut illicitos et reprobatos habendos esse.

4. Demum si aliquod dubium oriatur, Ordinarii ad hanc sacram Congregationem referant, quae opportune providebit. A. A. S. vol. 4. p. 533.

3. Circa organi sonitum.

Hodiernus usus cantum gregorianum organum vocibus sustineri potest, exceptis tantummodo iis officiorum ac Missarum partibus, quae, juxta liturgicas nunc vigentes leges, sine comitantibus organis debeant penitus decantari, silente organo cum silet cantus in Officiis et Missis, in quibus sonus organi prohibetur et in casu necessitatis, quod valet sive adhibeatur cantus gregorianus, sive polyphonicus. S. C. R. 11. Maii 1911, et 22. Martii 1912. A. A. S. vol. 3. p. 241 et vol. 4. p. 274.

4. Oratio „Obsecro".

Ss. D. Pius Pp. X. concedere dignatus est, ut sacerdotes omnes, rite dispositi, ac, nisi impediantur, genuflexi, recitantes post oblatum divinum Mysterium orationem „Obsecro te, dulcissime Domine" etc. consequi valeant remissionem defectuum et culparum in eo litando ex humana fragilitate contractarum. S. C. O. 29 Aug. 1912. A. A. S. vol. 4. p. 642.

5. Variae resolutiones.

1. An et quibus de causis Ordinarii permittere possint per modum actus, ut sacrosancta missa extra locum sacrum, privatis in domibus, celebretur?

2. An Ordinarii permittere possint, ut parvulis praeterquam quod instante mortis periculo vel urgente infirmitate, domi baptismatis sacramentum administretur?

3. An Ordinarii permittere possint, ut mala affectis valetudine, qui domo egredi nequeant et sacram communionem ob devotionem petant, cum praesertim in aliqua paroecia plures petant, vel aliquis petat frequeuter, S. Eucharistia privatim, seu non observatis Ritualis praescriptionibus, ab ecclesia domum deferatur?

Resp. ad 1. Affirmative ex justis et rationabilibus causis, per modum actus, non tamen in cubiculo, (Schlafzimmer) sed in loco decenti, servatisque aliis de jure servandis et gratis omnino quocumque titulo.

Ad 2. Affirmative ex justa et rationabili causa.

Ad 3. Affirmative ex justa et rationabili causa, servato saltem ritu propositio a Benedicto XIV. in Decreto „Inter omnigenas“ 2. Feb. 1744, § 13 scilicet: „Sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus; in sacculo seu bursa pixidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et nunquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu clerici associetnr“. S. C. Sacr. 23. Dec. 1912. A. A. S. vol. 4. p. 725.

6. Oratio in Missa pso Sponso et Sponsa.

In Missis pro Sponsis, sicut in aliis Missis votivis ex privilegio celebratis, in duplicibus adjungendane est tertia oratio?

Negative. S. C. R. 24 maii 1912. A. A. S. vol. 4. p. 419.

7. De Missis pro defunctis.

In feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II. Rogationum et in Vigiliis, si occurat fieri Officium alicujus festi duplicis (non tamen I. vel II. classis) aut semiduplicis, Missae privatae dici poterunt ad libitum, vel de festo cum commemoratione ultimoque Evangelio feriae vel vigiliae, vel de feria aut vigilia

cum commemoratione festi: prohibentur tamen Missae votivae privatae, aut privatae pro defunctis: quae item prohibentur in feria, in qua anticipanda vel reponenda est Missa Dominicae. In Quadragesima vero Missae privatae defunctorum celebrari tantum poterunt prima die cujuscumque hebdomadae libera in Calendario Ecclesiae, in qua Missa celebratur.

Leges pro Missis defunctorum in cantu immutatae manent. Missae vero lectae permittuntur in duplicibus tantummodo in die obitus aut pro die obitus, dummodo ne sit festum de praecepto, aut duplex I. vel II. classis, vel feria excludens duplicia I. classis. Quoad vero Missas lectas defunctorum dicendas diebus ritus semiduplicis aut simplicis, in posterum nunquam celebrari poterunt in feriis (superius) enumeratis, salva tamen exceptione ibidem admissa. Licebit tamen in hujusmodi Missis de feria orationem addi pro defunctis, pro quibus Sacrificium applicatur, paenultimo loco, prouit permittit rubrica Missalis. Cum autem ut applicari possint indulgentiae Altaris privilegiati, Missae defunctorum debuerint hucusque in nigris celebrari, Summus Pontifex easdem indulgentias in posterum benigne concedit, licet Missa dicatur de ferie, cum oratione pro defunctis. In reliquis autem feriis per annum non exceptis, nec non in semiduplicibus, infra octavas non privilegiatas et in simplicibus, Missae defunctorum et aliae Missae votivae dici poterunt juxta rubricas. (Rubr. novae, tit X. num. 2 et 5.)

Circa has rubricas S. C. Rituum die 12. Junii 1912 sequentes declarationes evulgare censuit:

1. Quandocumque in feriis majoribus Missam propriam habentibus ceterisque diebus, de quibus tit. et num. supracitatis, Missa de feria celebretur, dummodo reapse pro defunctis applicetur, addi potest oratio pro defunctis in quorum suffragium celebratur, etiamsi in ea agenda sit commemoratio de occurrente festo duplici minori vel majori.

2. Hujusmodi oratio pro defunctis non excludit in casu orationes de tempore, nisi occurrat commemoraȝio duplicis.

3. Quando additur ista oratio pro defunctis, non est attendendus numerus orationum utrum sit dispar an non.

4. Haec eadem oratio pro defunctis semper recitari debet paenultimo loco inter orationes ea die a rubricis praescriptas vel permissas, non computatis collectis ab Ordinario imperatis.

5. Oratio pro defunctis in quornm suffragium Missa de feria applicatur, addi, potest, etiamsi ea die a rubricis praecipiatur oratio „Omnipotens sempiterne Deus" pro vivis et defunctis, vel „Fidelium" pro omnibus defunctis.

6. Ut rite legitimeque applicari possit pro defunctis indulgentia altaris privilegiati, non requiritur ut, quando diebus in quibus a novis rubricis permittitur, missa de feria celebratur, addatur ut supra oratio pro defunctis, pro quibus Missa celebratur. A. A. S. vol. 4. pag. 446. et vol. 5. p. 122.

8. De expositione SS. Sacramenti.

Animadvertimus, ex crebra Ss. Sacramenti expositione vilescere observantiam et reverentiam tam praecelso Sacramento debitam; insistendo itaque declarationi per Breve Innocentii X. pro Regno Poloniae 20. Aprilis 1645 emanatum, prohibemus, ne quis sine Nostra licentia cum Ss. Eucharistiae Sacramento processiones facere, illudque exponere praesumat, praeterquam in diebus subsequentibus, et mandamus, ut, cum hoc Ss. Sacramentum in Ostensorio exponitur, candelae adminus sex ardeant.

Nativitas Domini prima dies, minime vero in Missa noctis, Epiphania. Paschae 1-ma dies, Ascensio DNJChr., Pentecostes 1-ma dies, festum Corporis Christi. Immaculata Conceptio, Annuntiatio et Assumptio BMV., Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli,

Festum Omnium Sanctorum, S. Clementis. Dedicatio et Patrocinium propriae Ecclessiae, Devotio quadraginta vel tredecim Horarum.

Nihil vero obstat, quin Venerabile Sacramentum in Ostensorio, ut consuetudini et devotioni fidelium satisfiat, omnibus festis, immo etiam pluribus Dom. Quadrages, nec non mensium Maii et Octobris **in vesperis** exponatur.

9. Preces

jussu Leonis XIII et Pii X. (11 Sept. 1903) post privatae Missae celebrationem in infimo gradu Altaris flexis genibus cum populo recitandae, (recitari possunt per extensum lingua vernacula S. R. C. 4 Mart. 1904).

Sacerdos dicit ter „Ave Maria", deinde „Salve Regina".

V. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus refugium nostrum et virtus, populum ad te clamantem propitius respice: et intercedente gloriosa et immaculata Virgine Dei Genitrice Maria cum beato **Joseph**, ejus Sponso, ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus sanctis, quas pro conversione peccatorum, pro libertate et exaltatione sanctae Matris Ecclesiae preces effundimus, misericors et benignus exaudi. Per **eumdem** Christum Dominum nostrum. Amen.

Addatur invocatio. Sancte Michael Archangele, defende nos in proelio, contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium, Imperet illi Deus; supplices deprecamur: tuque Princeps militiae coelestis, satanam aliosqne spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen.

10. MODLITWY

nakazane przez Ojca św. Leona XIII,

które po Mszy św czytanej klęcząc odmawiać należy. Kapłan razem z ludemmówi: Zdrowaś Maryo, łaskiś pełna it. d. trzy razy, potem:

Witaj, Królowo, Matko miłosierdzia, życie, słodkości i nadziejo nasza, witaj!

Do Ciebie wołamy, wygnańcy, synowie Ewy.

Do Ciebie wzdychamy, jęczący, i płaczący na tym łez padole.

Tedy więc, Orędowniczko nasza. Twoje miłosierne oczy ku nam zwróć.

A Jezusa, błogosławiny owoc żywòta Twego, po tem wygnaniu nam okaż.

O łaskawa, o litościwa, o słodka Panno Maryo

V. Mòdl się za nami, Sw. Boża Rodzicielko.

R. Abyśmy się stali godnymi obietnic Chrystusowych.

MÓDLMY SIĘ.

Boże, ucieczko nasza i mocy, wejrzyj łaskawie na lud, do Ciebie wołający, a za przyczyną chwalebnej i niepokalanej Dziewicy. Bożej Rodzicielki, Maryi, ze świętym Józefem, Jej Oblubieńcem, ze świętymi Aposto łami Twoimi, Piotrem i Pawłem, oraz ze wszystkimi Swiętymi, wysłuchaj litościwie i łaskawie próśb, które za nawrócenie grzeszników, za wolność i wywyeszenie świętej Matki Kościoła zanosimy. Przez tegoż Chrystusa Pana naszego. Amen.

Swięty Michale Archaniele, broń nas w walce; przeciwko niegodziwościom i zasadzkom djabelskim bądź nam obroną! Niechaj mu Bóg rozkaże, pokornie o to prosimi; Ty zaś, o Książę zastępóm niebieskich, szatana i inne złe duchy, które na zgubę dusz ludzkich krążą po świecie, za Boską pomocą strąć do piekła. Amen.

(300 dui odpustu—LEON XIII).

Niech będzie Bóg błogosławiony.
Błogosławione Swięte Imię Jego.
Błogosławiony Jezus Chrystus, prawdziwy Bòg i prawdziwy człowiek.
Błogosławione Imię Jeznsowe.
Błogosławione Przenajświętsze Serce Jego.
Błogosławiony Jezus w Przenajświętszym Sakramencie Ołtarza.
Błogosławiona Wielka Matka Boża, Marya Najświętsza.
Błogosławione Jej święte i niepokalane poczęcie.
Błogosławione Imię Maryi. Dziewicy i Matki.
Błogosławiony Bòg w swoich Aniołach i swoićh Swiętych.

11. Gebete,

welche auf Befehl der Päpste Leos XIII. und Pius X. nach allen Stillmessen, kniend auf der untersten Altarstufe, zu verrichten sind.

Der Priester betet dreimal mit dem Volke „Gegrüßet seiest Du, Maria", darauf:

Gegrüßet seiest Du, Königin, Mutter der Barmherzigkeit, unser Leben, unsere Süßigkeit, unsere Hoffnung, sei gegrüßt. Zu Dir rufen wir elende Kinder Evas. Zu Dir seufzen wir trauernd und weinend in diesem Tale der Zähren. Wohlan denn, unsere Fürsprecherin, wende Deine barmherzigen Augen zu uns und nach diesem Elende zeige uns Jesum, die gebenedeite Frucht Deines Leibes. O gütige, o milde, o süße Jungfrau Maria.

V. Bitte für uns, o heilige Gottesgebärerin.

R. Auf daß wir würdig werden der Verheißungen Christi.

Lasset uns beten.

O Gott unsere Zuflucht und Stärke, sieh gnädig auf dein Volk, das zu Dir ruft: und erhöre auf die Fürbitte der glorreichen und unbefleckten Jungfrau und Gottesgebärerin Mariä und ihres Bräutigams, des heiligen Joseph, Deiner heiligen Apostel Petrus und Paulus, und

aller Heiligen in deiner Barmherzigkeit und Güte die Gebete, welche wir für die Bekehrung der Sünder, wie für die Freiheit und Erhöhung der heiligen Mutter, der Kirche, verrichten. Durch denselben Christum unsern Herrn. Amen.

Heiliger Erzengel Michael, verteidige uns im Kampfe, sei wider die Bosheit und die Nachstellungen des Teufels unser Schutz. Daß ihm Gott befehlen möge, bitten wir fußfällig. Du aber, Fürst der himmlischen Heerscharen, stoße den Satan und alle bösen Geister, welche zum Verderbnis der Seelen in der Welt umherschweifen, mit göttlicher Kraft hinab in die Hölle. Amen.

12. Formula Laudum

quae ad honorem compensandum divini Nominis rerumque sanctissimarum, tam multis quotidie impiis vocibus passim violatum, peracta Missa privata, post preces Papales, lingua vernacula **praeceptive** recitanda est:

1. Gott sei gepriesen!
2. Gepriesen sei sein heiliger Name.
3. Gepriesen sei Jesus Christus, wahrer Gott und wahrer Mensch!
4. Gepriesen sei der Name Jesu!
5. Gepriesen sei sein allerheiligstes Herz!
6. Gepriesen sei Jesus im Allerheiligsten Altarssakrament!
7. Gepriesen sei die erhabene Mutter Gottes, die Allerseligste Jungfrau Maria!
8. Gepriesen sei ihre heilige unbefleckte Empfängnis!
9. Gepriesen sei der Name der Jungfrau und Mutter Maria!
10. Gepriesen sei Gott in seinen Engeln und in seinen Heiligen.

13. Orationes imperatae.

1. Pro Papa. 2. Pro pluvia a die 1. Maii usque ad 30. Junii inclus. Hae orationes non dicuntur: in fes. 1. classis, in festis 2. classis, in omnibus Domi-

nicis majoribus, feria V. in Coena Domini, Sabbato Sancto, in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, infra octavas privilegiatas, in missis votivis solemnibus, quae celebrantur sub ritu dupl. 1. clas., in missis de Requiem et quandocumque in missa dicendae sint plus quam tres orationes a Rubrica ea die praescriptae. Rubr. novae tit. 11.

14. Brevis conspectus

eorum, quae S. Mater Ecclesia ad augendam devotionem erga Sanctissimum Dominum Nostrum Jesum Christum praecepit, vel commendavit, vel amplificavit ab anno 1889 usque ad praesens, omissis pertinentibus ad Congressus eucharisticos.

1. 1889 die 28. Junii Leo XIII. festum Sacratissimi Cordis Jesu ad ritum duplicis I. classis evexit. Decreta auth. n. 3712.

2. 1889 d. 28. Junii Leo XIII. concessit, ut in ecclesiis, in quibus mane exercitia pietatis prima feria sexta cujuscumque mensis peragantur, possit celebrari missa votiva solemnis (etiamsi lecta) cum Gl. or, unica, Cr. de Ss. Corde Jesu, exceptis feriis, in quibus occurrit festum Domini, vel 1. classis, vel Purificatio BMV., vel feria privilegiata, vel octava priv., vel vigilia privl., vel commemoratio omnium fidelium defunctorum. Decr. aut. n. 3712; Acta S. Sedis, vol. 22. pag. 738 et vol. 24. p. 739.

3. 1893 d. 15. Julii S. C. Inquisitionis prohibuit et damnavit titulum: Cor Jesu poenitens—Jesu poenitens—Jesu poenitens pro nobis. A. S. S. vol. 26. p. 319.

4. 1897 d. 7. Septembris Leo XIII. omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui prima quinta feria cujusque mensis vere poenitentes, confessi ac S. Synaxi refecti infinitam Ss. Cordis Jesu caritatem pia meditatione recoluerint et aliquamdiu ad mentem S. Sanctitatis oraverint indulgentiam plenariam elargiri dignatus est; insuper praedicta quacumque feria

sexta anni praestantibus indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum concessit. A. S. S. vol. 30. p. 254.

5. 1899 d. 2. Aprilis Leo XIII. approbavit pro toto orbe terrarum Litanias Ss. Cordis Jesu, auctis indulgentiis 300 dierum. A. S. S. vol. 31. p. 701.

6. 1899 d. 25. Maii Leo XIII. pro studio remedium afferendi malis, quibus genus humanum magis in dies premitur, universum mundum Sacratissimo Cordi Jesu consecravit. A. S. S. vol. 31. p. 646—652.

7. 1899 die 21. Julii jussu Leonis XIII. S. C. Rituum edidit litteras de cultu Ss. Cordis Jesu amplificando. Quamobrem B. Pater commendat: 1. ut per integrum mensem Junium varia pietatis obsequia Divino Cordi publice praestentur et indulgentiam trecentorum dierum christifidelibus impertit quoties sacris ejusmodi exercitiis interfuerint; plenariam vero iis, qui saltem decem in mense vicibus idipsum praestiterint; 2. ut prima qualibet sexta feria cujuscumque mensis nonnula obsequia in honorem Ss. Cordis peragantur, adjectis Litaniis et formula consecrationis; 3. ut adolescentes in eas societates congregentur, quae pii coetus vel sodalitia a Ss. Corde Jesu nuncupantur. Hae piae exercitationes a B. Patre indicuntur, sed omnia Ipse episcoporum prudentiae ac sagacitati permittit. A. S. S. vol. 32. p. 51—54.

8. 1900 d. 4. Aprilis Leo XIII. approbavit scapulare proprie dictum Ss. Cordis Jesu cum ritu et formula benedictionis ac impositionis. A. S. S. vol. 32. p. 630—932.

9. 1900 d. 1. Novembris Leo XIII. edidit litteras encyclicas de Christo Redemptore „Tametsi futura prospicientibus“. „Jesum Christum“, inquit Pontifex, „nullo unquam tempore nullaque ratione novisse, summa infelicitas est, vacat tamen praevicacia atque ingrati animi vitio: repudiare aut oblivisci jam cognitum, id vero scelus est adeo tetrum atque insanum,

ut in hominem cadere vix posse videatur". A. S. S. vol. 33. p. 273—285.

10. 1902 d. 28 Maii Leo XIII. edidit litteras encyclicas de Sanctissima Eucharistia „Mirae caritatis", in quibus excitat religionis effectum erga Sacramentum mirabile. A. S. S. vol. 34. p. 641 sq.

11. 1904 d. 1. Martii Pius X. concessit omnibus fidelibus, qui per solidum mensem singulis diebus Officium parvum Ss. Cordis Jesu recitaverint, indulgentiam plenariam sub consuetis conditionibus, die pro libitu in decursu mensis eligendo. A. S. S. vol. 36 p. 552.

12. 1905 d. 30. Maii Pius X. christifidelibus, recitantibus orationem „O dulcissime Jesu" pro propagatione pii usus communionis quotidianae indulgentiam 300 dierum semel in die et plenariam, si per mensem id egerint sub conditionibus consuetis elargitus est. A. S. S. vol. 37. p. 794.

13. 1905 d. 12. Julii Pius X. iudulgentias, defunctis etiam applicabiles, elargitus est ut sequitur: plenariam 1. adolescentibus confessis et ad mentem Sanctitatis Suae orantibus, die quo primum S. Synaxim celebraverint; 2 eorumdem adolescentium consanguineis ad tertium usque gradum, piis caeremoniis primae communionis adstantibus sub conditionibus consuetis; septem vero annorum totidemque quadragenarum christifidelibus, qui corde saltem contrito eisdem caeremoniis interfuerint. A. S. S. vol. 38. p. 123.

14. 1905 d. 20. Decembris approbante Pio Pp. X. evulgatum est celebre decretum S. C. Concilii „Sacra Tridentina Synodus" de dispositionibus requisitis ad frequentem et quotidianam communionem sumendam. A. S. S. vol. 38. p. 400.

15. 1906 d. 14. Februarii Pius X. omnibus christifidelibus qui in statu gratiae et cum recta piaque mente quotidie Sancta de Altari libare consuescunt, quamvis semel aut iterum per hebdomadam a communione abstineant, indulsit, ut omnes et quascun-

que indulgentias consequi possint, absque hebdomadariae confessionis obligatione, quae caeteroquin ad indulgentias eo temporis intervallo decurrentes rite lucrandas necessaria extaret, nihil tamen innovando circa indulgentias Jubilaei, tam ordinarii quam extra ordinarii. A. S. S. vol. 39. p. 63.

16. 1906 d. 8. Augusti Pius X. benigne elargitus est indulgentias ut infra in ecclesiis, in quibus pium exercitium mensis Junii Cordi Jesu dicati solemniter habebatur: plenariam die 30 Junii toties quoties, defunctis etiam applicabilem; 500 dierum pro promovendo dicto exercitio. A. S. S. vol. 39. p. 434.

17. 1906 d. 10. Aug. Pius X. associationem „Sacerdotalis Eucharistici Foederis“ pro S. communione frequenti et quotidiana propaganda in archiassociationem primariam evexit et privilegiis decoravit. A. S. S. vol. 39. p. 531—534.

18. 1906 d. 22. Augusti Pius X. mandavit ut singulis annis in festo Ss. Cordis Jesu in omnibus parochialibus templis nec non in illis, in quibus idem festum agitur, coram Sanctissimo publicae adorationi exposito, formula consecrationis recitetur, ad quam Litaniae in honorem Ss. Cordis adijiciendae sunt Indulgentia plenaria sub consuetis conditionibus; aliis septem annorum et totidem quadragenarum. A. S. S. vol. 39. p. 569.

19. 1906 d. 15. Septembris approbante Pio X. S. C. Concilii decernendum censuit: sacrae communionis frequentiam commendari etiam pueris, qui ad S. Mensam juxta normas in Catechismo Romano cap. 4. n. 63 semel admissi, ab ejus frequenti participatione prohiberi non debent, sed potius eos ad id hortari, reprobata praxi contraria alicubi vigente. A. S. S. vol. 39. p. 510.

20. 1906 d. 7. Decembris (resp. 6. Martii 1907) Pius X. concessit, ut infirmi, qui jam a mense decumberent absque certa spe, ut cito convalescant, aut qui gravi morbo correpti et ex medici judicio

naturale jejunium servare non valentes, nihilomninus in lecto decumbere non possunt, aut ex eo aliquibus horis diei surgere queunt, de confessarii consilio Ss. Eucharistiam sumere posint semel aut bis in hebdomada, si agatur de infirmis, qui degunt in piis domibus, ubi Ss. Sacramentum adservatur, aut privilegio fruuntur celebrationis Missae in Oratorio domestico: semel vero aut bis in mense pro reliquis, etsi aliquid per modum potus antea sumpserint, servatis de cetero regulis a Rituali Romano et a S. Rituum Congregatione praescriptis. A. S S. vol. 39. p. 603—604. et vol. 40. p. 344. cf. etiam infra num. 27.

21, 1907. d. 10. Aprilis Pius X. commendavit, ut quotannis, si fieri poterit in singulis Cathedralibus ecclesiis feria sexta, Sabbato et Dominica infra octavam Corporis Christi, in ecclesiis ruralibus autem saltem in dicta Dominica, vel alio anni tempore ab episcopis statuendo, celebrentur supplicationes Eucharisticae. A. S. S. vol. 40. p. 317—320.

22. 1907. die 8. Maii Pius X. statuere dignatus est, ut in indultis Oratorii privati intelligatur inclusa facultas S. communionem distribuendi iis omnibus christifidelibus, qui Sacrificio Missae adsistunt; salvis juribus parochialibus. A. S. S. vol. 40. p. 589.

23. 1910 die 8. Augusti editum est docretum S. C. de Sacramentis de aetate admittendorum ad primam communionem eucharisticam. Acta Apostolicae Sedis, vol. 2. p. 577 - 583.

24. 1911 d. 1. Junii Pius X. societatem puerorum a comitatu Ss. Sacramenti, Romae in Basilica Ss. **XII** Apostolorum institutam, in Primariam erexit cum jure aggregandi societates ejusdem tituli in universis orbis dioecesibus. A. A. S. vol. 3. p. 260.

25. 1912 d. 4. Januarii Pius X. erexit piam unionem pro communione prima puerorum in Primariam unionem cum facultate aggregandi in universo terrarum orbe. A, A. S. vol. 4. p. 49.

26. 1912 die 14. Septembris Pius X. edidit constitutionem „Tradita ab antiquis“ de Ss. Eucharistia promiscuo ritu sumenda. A. A. S. vol. 4. p. 609.

27. 1912 d. 23. Decembris S. C. de Sacramentis, approbante Pio X., decrevit Ordinarios permittere posse ut mala affectis valetudine, qui domi egredi nequeant et S. communionem ob devotionem petant, etiamsi plures vel frequenter petant, S. Eucharistia ab ecclesia domum privatim deferatur, concomitante sacerdotem deferentem saltem uno clerico, vel laico, si clericus deficit. A. A. S, vol. 4. p. 725.



IN NOMINE DOMINI. AMEN.

INCIPIT ANNUS DOMINI 1914.

JANUARIUS dierum XXXI.

N. S.	V. S.
	Nota. A 1ma die usque ad 13mam incl. Officium dicitur quotidie ut prostat in Breviario, nulla habita ratione Officii ferialis. Ad Laud. hor. et Comp. psalmi sumuntur de Dom.
† 14	1. A. F. 4. **Circumcisio Dni** dx. 2. cl. (sine com.) Gl. Cr. Prf. et Com. Nat. Post Mis. sol. Te Deum. Iu vesp. com. seq. tant.—Comp. de Dom.—A.
15	2. R. F. 5. Octava S. Steph. dx. com. oct. S. Joann. et Ss. Inn. Gl. Cr. Prf. de Nat. Vesp. de seq. Ant. Valde hon. cum rel. de Laud. Psal. ut in 1mis ves. de Com, Ap ; Cap. Qui timet. Hym. Exsul. Vers. Valde hon. Ant. ad Mag. Iste est. com. S. Step. et Ss. Innoc. — Comp. ex Dom.—A.
16	3 A. F. 6. Octava S. Joan. Ap. dx. com. Ss. Inn. Gl. Cr. Prf. Ap. In vesp com. seq. Comp. ex Dom.—A. **Nota**. Primo quolibet sabbato cujusvis mensis universi fideles possunt lucrari indulgentiam plenariam, defunctis quoque applicabilem, hisce conditionibus: a) confessio pro iis qui non quotidie vel

JANUARIUS.

N. S.	V. S.
	saltem non quinquies in hebdomada communicant; b) S. Communio c) peculiaria devotionis exercitia in honorem B. Virginis Immaculatae ad satisfaciendum pro execrabilibus blasphemiis quibus nomen augustissimum et excelsae praerogativae ejusdem B. Virginis a scelestis hominibus impetuntur; c) oratio ad mentem Summi Pontificis. Pius X. 13. Junii 1913. A. A. S. vol. 4. p. 623.
17	4. R. Sabb. Octava Ss. Innoc. dx. In Of. dic. Te Deum. In Mis. Gl. All. Prf. Nat. In vesp. com. Vigil. Epiph. et S. Telesp. M. Comp. ex Dom.—A. **Cras** an. pop. fest. Epiph. Dni. fer. 2.
	Cum natus esset Jesus. 2, 19—23.
† 18	5. A. Dom. vac. Vigil. sdx. **Off. pr.** ut in Circumc. et pr. l. com. S. Teles. Gl. 3. or. Deus qui Cr. Prf. Nat. Vesp. de seq. pr.—A. **Hodie** et per tot. oct. proh. Mis. vot. et de Req. excepta unica solem. de Req. in sepul. cad. cant. quae proh. cras tant.
† 19	6. A. F. 2. **Epiphania Domini** dx. 1. cl. cum oct. priv. **Off. pr.** per tot. oct. Gl. Cr. Prf. et Com. pr. per tot. oct. Cum. 2. ves. pr. Comp. de Dom. per tot. oct.—A. **Notae** In Mis. sol. ad verba Evang. Et procidentes omnes (etiam Pont.) genuf. versus crucem Altaris, Diac. vers. librum.

JANUARIUS.

N. S.	V. S.
	(etiamsi forsan expos. sit Ssmum) manentibus erectis Subd. qui libr. Evang. ten. et acolyt., qui pariter caput nunquam inclinant ceteris inclinantibus. Hoc in hujusm. casibus semper observetur. **Cras** mane aper. solem. nuptiar.
20	7. A. F. 3. De 2. die inf. oct. sdx. ut in fes. et pr. l. Gl. 2. or. Deus qui 3. Eccl. (imp. omit. per tot. oct.) Cr. Prf. et Coms. pr. Cum 2. vesp.—A.
21	8. A. F. 4. De 3, die inf. oct. ut heri et pr. l. Cum 2. vesp—A.
22	9. A. F. 5. De 4. d. inf. oct. ut heri et pr. l. Cum 2. vesp. -A.
♔ 23	10. A. F. 6. De 5. d. inf. oct. ut heri et pr. l. In vesp. com. S. Hygini PM.—A.
24	11. A. Sabb. De 6. d. inf. oct. com. S. Hyg. rel. ut heri. Vesp. a cap. de Dom. inf. oct. (V. Reges Tharsis. Ant. Remansit) com. oct. (Ant. Admoniti Magi. V. Omnes de Saba.)—A.
	Cum factus esset. Luc. 2, 42—52.
♔ † 25	12. A. Dom. 1. p. Ep. et inf. oct. sdx. Off. pr. De ea ut in fes. et pr. l. Lec. 1. Noc. Incip. Epis. l. ad Corinth. quae deinceps est Scr. occ. com. oct. Gl. Cr. Prf. et Com. pr. Vesp. pr. de seq. die oct. (ut in 1mis ves. sed. or. pr.) com. Dom. (Ant. Fili, quid. Ver. Omnes de Saba.)—A.

JANUARIUS.

N. S.	V. S.
♔ 26	13. A. F. 2. Octava Epiph. Dni. dx. maj. Lect. 1. Noc. de Scr. occ. rel. ut die 7. h. Mis. pr. or. un. In vesp. pr. com. seq. et S. Fel. M.—A.
27	14. A. F. 4. S. Hilarii CEED. dx. 9. l. et com. S. Fel. M. Gl. Cr. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec. et S. Mauri Ab.—A.
28	15. A. F. 4. S. Pauli I. Erem. C. dx. Lec. l. Noc. de Scrp. occur., quod sem. valet, nisi fes. hab. prop. vel assig. vel des. Scr. 9. l. et com. (Ant. et V. ex 1. ves.) S. Mauri Ab. Gl. Prf. com. quae semp. dic. nisi al. not. Vesp. fer. a cap. de S. Paulo com. seq.—A.
29	16. R. F. 5. S. Marcelli Pm. sdx. Suff. Ad Prim. pr. Gl. 2 or. Deus 3. Eccl. (et imp.) Vesp. fer. (dx.) a cap. de seq. com. praec —A.
♔ 30	17. A. F. 6. S. Antonii Ab. dx. Gl. Vesp. de seq. **pr**. còm. S. Pauli, praec. et S. Pris. Comp. de Dom.
31	18. A. Sabb. Cathedrae S. Petri A. Romae **Off**. **pr**. dx. maj. 9. l. Pris. com. S. Pauli et S. Pris. Gl. Cr. Prf. Ap. Vesp. de seq. **pr**. com. Dom. 2. p. Ep., praec., S. Pauli ac S. Henrici Em. (splf.) PRS.—Comp. de Dom.—A.
	Nuptiae factae sunt. Joan. 2, 1—12.
Febr. † 1	19. A. Dom. 2. p. Ep. S. **Nominis Jesu** dx. 2. cl. **Off**. **pr**. 9. l. Dom. com. Dom., S.

JANUARIUS.

N. S.	V. S.
	Henrici Em. PRS. ac Ss. Maur. et Soc. Mm. (ultima com. omit. in cant.) Gl. (imp. omit.) Cr. Prf. de Nat. UED. In vesp. **pr**. com. seq., Dom. ac S. Henrici.—A.
2	20. R. F. 2. Ss. Fabiani et Sebast. Mm. dx. Lect. 1. Noc. de Dom. praec. Gl. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec.—R.
3	21. R. F. 3. S. Agnetis Vm. dx. **Off**. **pr**. Ad hor. min. autem Ant. et ps. de fer. Gl. Vesp. **pr**. de S. Agn. com. seq. Comp. feriale.—R.
4	22. R. F. Ss. Vincent. et Anas. Mm. sdx. Suff. Ad Prim. pr. Gl. 2. or. Deus qui 3. Ecc. (et imp.) Vesp. de seq. **pr**. com. praec. ac S. Emeren. Comp. de Dom.—A.
5	23. A. F. 5. Desponsatio BMV. cum S. Joseph. dx. maj. (p. al. 1.) **Off**. **pr**. 9. l. et com. S. Emer. V. Gl. Cr. Prf. de B. In vesp. **pr**. com. seq. Comp. de Dom.—A.
 6	24. R. F. 6. S. Timothei Em. dx. Gl. Vesp. de seq. **pr**. com. S. Petri et praec. Comp de Dom.—A.
7	25. A. Sabb. Conversio S. Pauli Apos. dx. maj. **Off**. **pr**. com. S. Petri Ap. Gl. Cr. Prf. Ap. Vesp. ferl. ex Sabb. (sdx.) a cap. de Dom. com. S. Pauli, S. Petri ac S. Polycarpi M. (splf.) –Vir. **Cras** an. pop. fes. Purif. BMV. Dom. seq.

JANUARIUS.

N. S.	V. S.
	Cum descendisset. Mat. 8, 1—13.
† 8	26. Vir. **Dom. 3. p. Epiph.** sdx. De ea ut in ps. et pr. l. com. (sine lec.) S. Polycarpi Em. Gl. (sine 3. or.) Cr. Prf. Trin. Vesp. de Dom. com. seq. et S. Polyc. M.—Vir.
9	27. A. F. 2. S. Joannis Chrys. ECED. dx. Gl. Cr. Vesp. fer. a cap. de S. Joan. com. S. Agnet. sec.—A.
10	28. Vir. F. 3. De Domin. 4. Ep. anticipata sdx. Invit., hym. Ant. et psal. ad Mat de fer. 3. cur. Homilia cum lect. de Dom. 4. Responsoria ex 2do Noc. Dominicae Ad Laud. et hor. omnia ut fer. 3 in ps. Ant. ad. Ben. de Dom. simil. or. de Dom. Suff. com. (sine lec.) S. Agn. secundo. Ad Prim. pr. Mis. de Dom. 4. p. Ep. (sine Gl.) 2. or. S. Agn. 3. Deus (sine Cr.) Prf. com. **Hodie.** proh. Mis. vot. priv. etiam pro defunc. Vesp. fer. dx. a cap. de seq.—A.
11	29. A. F. 4. S. Francisci ECED. dx. Lec. 1. Noc. de Scr. occ. Gl. Cr. Vesp. fer. a cap. de S. Francis. com. seq. - A.
12	30. R. F. 5. S. Martinae Vm. sdx. Suff. Ad. Prim. prec. Gl. 2. or. Deus qui. 3. Eccl. (et imp.) Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec.—A.
13	31. A. F. 6. S. Petri Nolasci C. dx. Gl. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec. et S. Brigid. V. PRP.—A.

FEBRUARIUS dierum XXVIII.

N. S.	V. S.
14	1. R. Sabb. S. Ignatii Em. dx. 9. l. (ex 3bus fit una) com. S. Brig. V. PRS. Vesp. fer. ex Sab. (sdx.) a cap. de Dom. Sept. com. praec. Ad Bened. add. duo All. et deinc. All. non dic. et in init. hor. dic. Laus tibi Dne. Comp. ex Sab.—Viol. **Cras** fit bened. cand. et process.
	Simile est. Mat. 20, 1—16.
† 15	2. Viol. **Dom. Septuag**. sdx. De ea ut in psal. et pr. l. Ad Laud. ps. ex 2do l. Suff. Ad Prim. prec. (sine Symb.) Mis. pr. 2. or. Deus qui 3. Eccl. (Secret. de B. Tua Dne.) Prf. Trin. **Nota.** A. Dom. Sept. usque ad Dom. in Alb. incl. oratio imeperata in **Dominicis** omittitur. Ante Mis. sol. fit ben. et dist. cand. ac process. in col. viol. Candelae accensae tenentur ad Fvang. et a Prf. usque ad Com. incl. Benedictio cand. et process. fit per eum sacerd., qui Miss. subseq. celebrat. quod etiam praeceptive valet de benedict. Cin., Palm. et Fontis bapt., solo Episcopo Dioecesano excepto (S. R. C. 23. Sept. 1848.)—Hodie post vesp. adhuc **Alma Redempt.**, sed. post. Comp. usque ad fer 4. Maj. Hebd. **Ave Regina**. Vesp. de seq. **pr**. com. Dom. tant. Compl. ex Dom.—A.

FEBRUARIUS.

N. S.	V. S.
♕ 16	3. A F. 2. Purificatio BMV. dx. 2. cl. (in choro tant.) **Off. pr**. 9. l. et com. S. Blasii (in cant. com. omit.) Prf. de B. In vesp. **pr**. com. seq. et S. Andr. Cors. EC. Compl. ex Dom.—A.
♕ 17	4. R. F. 3. Oratio DNJChr. in Monte Oliv. dx. maj. (p. al. l.) **Off. pr**. 9. l. (ex 3bus fit una) et com. S. And. EC. Gl. Cr. Prf. de Cruc. In vesp. **pr**. com. seq. et S. And. Compl. ex Dom.—R.
18	5. R. F. 4. S. Agathae Vm. dx. **Off. pr**. Ad horas minores autem Ant. et psal. de fer. 4. ex ps. Gl.—In Mis. fit bened. pan. et aquae in Canone ante verba: „Per quem haec omnia; vide Rituale. Vesp. **pr**. a cap. de seq. com. praec. Comp. fer.—A.
19	6. A. F. 5. S. Titi EC. dx. Gl. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec.—A.
20	7. A. F. 6. S. Romualdi C. dx. Gl. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec.—A.
21	8. A. Sabb, S. Joannis de Matha C. dx. Gl. Vesp. fer. ex Sabb. (sdx.) a cap. de Dom. Sexag. com. S. Cyrilli ECED. (spfl.) et praec. (Compl. ex Sab.)—Viol.
	Cum turba plurima. Luc. 8, 4—15.
† 22	9. Viol. **Dom. Sexag.** sdx. De ea ut in ps. et pr. l. com. (sine l.) S. Cyril. Ad Laud ps. ex 2do l. (sine Suff.) Prim. sine Symb. et sine prec. Mis. sine 3. orat. Cr. Prf. Trin. Vesp. de Dom. com. seq. et S Cyril.—Viol.

FEBRUARIUS.

N. S.	V. S.
23	10. A. F. 2. S. Scholasticae V. dx. Gl. Vesp. de seq. **pr**. com. Apparit. BMV. (spfl.) et praec. Compl. ex Dom.
24	11. R. F. 3. Commemoratio Pass. DNJChr. dx. maj. **Off**. **pr**. (p. al. l.) 9. l. (ex 3busfit una) et com. Apparit. BMV. Gl. Cr. Prf. Cruc. In vesp. **pr**. com. seq. et App. BMV. Compl. ex Dom.—R.
25	12. R. F. 4. Ss. Pauli Joannis et Jacobi Mm. dx. PRP. Gl. Vesp. fer. a cap. de Ss. Mm. com. seq.—R.
26	13. A. F. 5. S. Raymundi de Penn. C. sdx. (d. f. ex 23. Jan.) Suff. Ad Prim. prec. Gl. 2. or. A cun. 3. ad lib. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec. et S. Valent. M. (Ant. Qui odit. V. Justus.) Suff. Ad Compl. prec.—R.
27	14. R. F. 6. S. Canuti Rm. sdx. (d. f. ex 19. Jan.) com. S. Valent. M. (Ant. et V. ex 1. ves.) Suff. Ad Prim. prec. Gl. 3. or. A cun. Vesp. fer. dx. a cap. de seq. com. praec. et Ss. Faus. et Jov. Mm —A.
28	15. A. Sab. Ss. Septem. Fund. Ord. Serv. BMV. dx. 9. l. et com. Ss. Mm. Gl. Vesp. fer ex Sab. (sdx.) a cap. de Dom. com. S. Ansg. PRS. et praec.—Viol. **Cras** an. pop. Dies Ciner. et Dispens.
	Assumptis duodecim. Luc. 18, 31—42.
Mart. † 1	16. Viol. **Dom**. **Quinquag**. sdx. Da ea ut in ps. et pr. l. Ad Laud. ps. ex 2do l. com.

FEBRUARIUS.

N. S.	V. S.
	(sine l.) S. Ansg. PRS. (sine Suff. et sine prec. et sine Symb.) Mis. sine 3. or. Cr. Prf. Trin. Vesp. de Dom. com. seq. et S. Ansg.—Viol.
2	17. R. F. 2. S. Dorothea Vm. dx. PRP. (d. f. ex 6. h.) Gl. Vesp. fer. a cap. de seq. com. praec.—R.
3	18. R. F. 3. S. Apolloniae Vm. dx. PRP. (d. f. ex 9. h.) Gl. Vesp. fer. a cap. de S. Apol. com. S. Con. C. (p al. l.)—R. **Notae**. 1. Nuptiarum solemnitas hodie sero clauditu1. 2. PP. Leo XIII.—f. r.— die 12. Junii an, 1903 concessit pro Dioecesi Tiraspolen. generalem **dispensationem** super abstinentia et jejunio ad decennium valituram huius tenoris: 1. **In Civitatibus**: a) usus carnium conceditur diebus sabbati per annum (exceptis sabbatis Quatuor temporum et Quadragesimae), vigiliis, diebus S. Marci et Rogationum, tempore Quadragesimali Dominicis aliquoties, feriis II., III. et V. semel in die (exceptis feriis Hebdomadis Majoris) denique omnibus festis Solemnibus feria VI. occurentibus. b) Usus adipis (Schmalz) pro condimentis cum diebus abtinentiae tum jejunii. 2. **In vicis et civitatibus**: a) consuetudo jejunio contraria tolerari potest omnibus diebus. b) Usus lacticiniorum conceditur omnibus diebus abstinentiae et jejunii, non

FEBRUARIUS.

N. S. | V. S.

excepto tempore Quadragesimali. Fideles adhortentur ut compensare studeant allis piis operibus et praesertim eleemosynis in pauperum levamen erogandis. Cras ante Missam principalem per sacerdotem hanc missam celebrantem benedicuntur cineres de ramis olivarum vel aliorum arborum praecedenti anno in Dom. Palm. benedictis parati, et imponuntnr cineres uti Missale docet.

3. Organa in quadragesima non sunt pulsanda, excepta Dominica 4 **Laetare** item exceptis feriis et festis, quae cum solemnitate ab Ecclesia celebrantur, item in fer 5 in Coena Domini et in Sabbato Sancto, et quandocunque celebretur solemniter et cum laetitia pro aliqua re gravi. Nec flores nec Reliquiae Sanctorum tamquam ornamentum in Off. et Miss. de Temp Quadrages. excepta iterum Dom. 4. **Laetare** in Altari adponuntur.

4. In Missa sol. de Temp. (Dom. et fer.) cras et per. tot. Quadrag. in Ecclesia Cathedr. et Collcgiat. Ministri sacri utuntur planetis (except. Dominica 4. in qua Dalmatica et Tunicella). In aliis vero ecclesiis Diac. erit in alba, manip. et Stola transversa; Subdiac. autem in alba cum solo manipulo.

5. Preces feriales ad omnes Horas flexis genibus dicuntur in Off. ferial, insuper in Off. ferial, addtur Suffrag. Sanctor. in

FEBRUARIUS.

N. S.	V. S.
	Vesp. et Laud. usque ad Dom. Passion. exclus. tant.—Ant ad Benedict et Magnificat item oratio et Miss. quotidie propria. 6. In festo 9. Lectionum per quadrages. semper. legitur 9. l. Homil. fer. ejusque fit comm. (post simplf., sed. ante simpl. per. se) in vesp. laud. et miss. cum ult. Evang. fer. Oratio tamen super pop. in Mis. de fes. omitt. In Eccl. Cathedr. et Colleg. per. tot. Quadrag. (Domin. except.) quand Off. fit. de fes novem lectionum, **duae** cant. Mis. convent., sc., una de festo post Tertiam sine com. fer., et altera de feria post Noam in col. viol. cum orat. et rel. in proprio loco assig. Si occurrat simpl. (vel. simplif.) de eo fit com. in sola Mis. de fes.; si occur. Vigil. de ea fit com. in sola Mis. de fer. Si fes. sit sdx. et non simul occur. simp. in Mis. tam de fes. quam de fer. or. 2. erit. „A cunctis“. 3. „Omnipotens“ (exc. temp. Pass.). in quo non dic. 3. or. sed. duae tant. „Eccl.“ et pro „Pp.“ Ult. Evang. semper „In principio“. Toto tempore Quadrag., exceptis tantum festis S. Joseph. Sp. BMV. et Annunt. BMV., in feriis quotidie dici potest Missa de feria cum com. festi occurrent. Hoc autem non valet pro Mis. convent.
4	19. Viol. F. 4. Cinerum priv. De ea ut in ps. et pr. l. Psal. ad 3. Noc. et ad Laud.

FEBPUARIUS.

N. S. | V. S.

ex 2do l. 9. l. (ex 3bus fit una) et com. S. Conradi (p. al. l.) Suff. Preces ferial. ad om. hor. flex. gen. Ad Prim. 4. ps. Dom. reg. et prec. 3. or. A cun. Prf. Quad. (quotidie usque ad Dom. Pas. excl.) Oratio sup. pop.
Ante mis. bened. et impos. Cin.
In vesp. ferial. com. S. Con. Suff. et prec. fer. Ad Comp. prec.—Viol.

♔ 5 | 20. Viol. F. 5. De ea ut in ps. et pr. l. Suff. prec. fer. ad om. hor. Ad Prim. 4. ps. Om. gen. Ad Laud. ps. ex 2do l. Mis. pr. Prf. Quad.
Vesp. de seq. **pr.** com. fer. Compl. ex Dom.—R.

6 | 21. R. F. 6. S. Spineae Coronae DNJChr. dx. maj. (p. al. l.) **Off. pr.** 9. l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. de Cruce. UEF.
In vesp. **pr.** com. seq., S. Pauli et fer. Compl. ex Dom.—R.

7 | 22. A. Sab. Cathedrae S. Petri Antiochiae dx. maj. **Off. pr.** com. S. Pauli 9. l. fer. com. fer. (in Missis etiam com. Vigil.) Gl. Cr. Prf. Apos. UEF.
Vesp. fer. ex Sab. (sdx.) a cap. de Dom. com. praec., S. Pauli et S. Petri Dam. (splf.)—Viol.
Hodie et deinc. vesp. in choro dic. ante comes. toto Quad. excep. Domcis.
Cras an. pop. Quat. Temp. fer. 4. 6. et Sab. et parochi hortentur fideles, ut enixe orent pro mittendis operariis in Vineam Domini.

FEBRUARIUS

N. S.	V. S.
	Incipit pars verna Breviarii.
	Ductus est Jesus. Mat. 4, 1—11.
† 8	23. Viol. **Dom. I. Quad.** 1. cl. sdx. De ea ut in ps. et pr. l. com. (sine l.) S Petri Dam. Ps. ad Laud ex 2do l. (sine Suff. sine Sym. et sine prec.) Mis. sine 3. or. Cr. Prf. Quad. Vesp. de seq. **pr**. com. Dom. et S. Petri.—R.
* 9	24. R. F. 2. S. Mathiae Apos. dx. 2. cl. **Off. pr**. 9. l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Apos. UEF. Mis. pro pop. In vesp. **pr**. com. seq. et fer. Compl. ex Dom.—R.
10	25. A. F. 3. S. Sigfridi EC. dx. PRS. 9. l. et com. fer. Gl. Prf. Quad UEF. Vesp. fer. a cap. de S. Sigf. com. seq. et fer.—A.
11	26. A. F. 4. Quat. Temp. S. Margaritae de Cort. Paenit. sdx. 9. l. et com. fer. Suff. Ad Prim. prec. Gl. 3. or. A cun. Prf. Quad UEF. Vesp. fer. a cap, de S. Mar. com. fer. Suff. Ad Com. prec.—A.
12	27. Viol. F. 5. De ea ut in psal. et pr. l. Ps. ad Laud. ex 2do. l. Suff. Prec. fer. ad om hor. flex. gen. Ad Prim. 4. ps. et prec. Mis. pr. 2. or. A cun. 3. Omnip. Prf. Quad. Vesp. de seq. **pr**. com. fer. Compl. ex Dom.—R.

FEBRUARIUS.

N. S.	V. S.
13	28. R. F. 6. Quat. Temp. Ss. Lanceae et Clavorum DNJChr. dx. maj. **Off. pr.** (p. al. l.) 9. l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. de Cr. UEF. In vesp. **pr.** com. seq. et fer. Compl. ex Dom.—R.
	MARTIUS dierum XXXI.
14	1. A. Sab. Quat. Temp. S. Albini EC. dx. PRS. 9. l. et com. fer. Gl. Prf. Quad. UEF. Vesp. fer. ex Sab. (sdx.) a cap. de Dom. com. S. Helenae Vid. PRP. et praec.—Viol.
	Assumpsit Jesus. Mat. 17, 1—9.
† 15	2. Viol. **Dom. II. Quad.** sdx. De ea ut in ps. et pr. l. com. (sine l.) S. Helenae PRP. Ps. ad Laud. ex 2do. l. (sine Suff. sine Symb. et sine prec.) Mis. sine 3. or. Cr. Prf. Quad. Vesp. de Dom. com. S. Hel.—Viol.
16	3. Viol. F. 2. De ea ut in ps. et pr. l. Ps. ad Laud. ex 2do. l. Suff. Prec. fer. ad om. hor. Ad Prim. 4 ps. et prec. Mis. pr. 2. or. A cun. 3. Omnip. Prf. Quad. Vesp. fer. dx. a cap. de seq. com. fer.—A.
17	4. A. F. 3. S. Casimiri C. dx. 9. l. et com. fer. Gl. Prf. Quad. UEF. Vesp. fer. a cap. de S. Cas. com. fer.—A.
18	5. Viol. F. 4. De ea ut in ps. Ps. ad 3. Noc. et ad Laud. ex 2do. l. reliq. ut fer. 2. **Hodie** prohibentur Missae privatae votivae etiam pro defunctis. (Vid. init. Direc. tit. 7. Vesp. fer. a cap. de seq. com. fer.—R.

MARTIUS.

N. S.	V. S.
